



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

CXCIV. Das Kloster Diesdorf bekundet eine Stiftung der Conventualin
Beatrix Wolter, am 3. Februar 1379.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

CXCIV. Das Kloster Diesdorf bekundet eine Stiftung der Conventualin Beatrix Wolter, am 3. Februar 1379.

Nos wolterus, prepositus, Jutta, priorissa, totusque conuentus ecclesie sancte marie in insula dystorpe vniuersis et singulis, quorum interest aut quomodolibet poterit interesse, cupimus fore notum, quod beatrix wolteri, nostra commonialis nobis in christo dilecta, duas marcas denariorum annue pensionis in villa Grauenstede pro viginti marcis denariorum emptas et perpetue subleuandas vna et Integrum chorum filiginis in tribus villis, videlicet Stokkem, in dore et in Bonatze a domino Ludolfo de Knefbecke emptum pro triginta marcis, Insuper et dimidium chorum filiginis pro quindecim marcis emptum et in villa medebeke perpetue subleuandum temporibus Georgii, prepositi, et elifabet, priorisse, comparauit et vsibus suis, prout voluerit, omnibus diebus vite sue applicabit, prefata vero beatrice viam vniuersae carnis introgressa in laudem sui et omnium creatoris et ob salutem anime sue suorumque parentum et propinquorum postscriptos redditus denariorum et filiginis officiatricibus omnium christifidelium animarum cum additione conditionis ascripsit presentibus et assignauit perpetue subleuandos et in commissione fidei eidem officiatricibus pro tempore existentibus annectendo, vt predictos redditus omni anno fideliter extorqueant et extortos distribuunt, vt vult contentus littere, qui est talis, vt vna marcarum de duabus prescriptis ad anniuersarium sororis mee Ghertrudis felicitis memorie omni anno sabbato ante mychahelis peragendum tribuatur, reliqua autem ad candelam omni die in prima missa ante crucem G. Roffak cremandam perpetue habeatur. Item predictae officiatrices a pretacto choro filiginis a domino ludolfo empto vnum bonum fereulum omnibus terciis feriis in quadragesima comparabunt effectiue, dimidium autem chorum filiginis in prescripta villa medebek subleuandum ad refectorem in die gloriose virginis Katherine conuentui dari, prefata beatrix desiderat ex corde. In cuius rei testimonium presentia nostrorum Sigillorum munimine tradimus communita. Datum anno domini M^o CCC^o LXXIX^o, sequenti die purificationis marie virginis.

CXCV. Das Kloster Diesdorf bekundet einen Beitrag der Nonne Beatrix Wolters zum Ankauf von Dreuenstede und Jubar, am 5. Februar 1379.

Nos wolterus, prepositus, Jutta, priorissa, totusque conuentus ecclesie sancte marie in insula dystorp vniuersis et singulis, quorum interest aut quomodolibet intererit, cupimus fore notum, Quod beatrix wolteri, nostra commonialis nobis in christo dilecta, dedit presentibus et apposuit nostri conuentus vsui quadraginta quinque marcas luneborgensium denariorum nobis promte expeditas in subsidium comparationis duarum villarum, videlicet dreuenstede et Jubere, In quarum recompensam dedimus presentibus et damus prefate nostre commoniali vnum Integrum chorum filiginis cum dimidio in villis prenominate singulis annis perpetuis temporibus omni contradictione semota subleuandum. Qua ab huius mundi caligine vocata procuratrices officii caritatis